



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

10 Locustae Aegyptum universam devastarunt. Aegyptus, ob Pharaonis  
peccata, varijs affecta fuit angustijs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

canonibus, sacroque concil. Trident. ut in cap. 11. sess. 22. de reformat. & Bull. Cen. Domini infictam, de qua pluribus in locis egimus, incurunt.

10 Propter Pharaonis peccata † omnibus est notum, Ranas, Cyniphes, Cynomias, & omne genus muscarum totam Aegyptum afflisse, & in ipsam Pharaonis regiam, & ejus servos penetrasse, ex quibus tota terra Aegypti corrupta fuit. Exod. c. 8. mortuaque fuere omnia Aegypti animalia; Israelis verò animalia fuerunt intacta, ac illæta; Pluitque Dominus gran-  
dinem super terram Aegypti, & grando, & 12 ignis mixta pariter ferebantur, percussit grando, & omne lignum confregit: tan-  
tum in terra Gessen, ubi morabantur filii Israel, grando non cecidit: ibid. Exod. cap. 9. cum autem adhuc induratum esset cor Pharaonis, ventus vrens levavit locustas, quæ ascenderunt super universam terram Aegypti, & lederni incunctis finibus Ae-  
gyptiorum innumerabiles, quales ante il-  
lud tempus non fuerunt, nec postea fu-  
turæ sunt: operueruntque universam su-  
perficiem terræ, vastantes omnia; Devo-  
rata est igitur herba terræ, & quicquid pomorum in arboribus fuit, quæ grando dimiserat, nihilque omnino virens relin-  
ctum est in lignis, & in herbis terra in cun-  
cta Aegypto, ut eodem Exod. cap.  
10. & Psalm. 77. ver. & dedit erugini-  
cum seqq.

11 Legitur etiam † quod si audire nolueris vocem Domini Dei tui, ut custodias, & facias omnia mandata eius, venient super te omnes maledictiones istæ, & appre-  
hendent te. Maledictus eris in civitate; maledictus in agro; maledictum horreum tuum, & maledictæ reliquæ tuæ, malo-

dictus fructus ventris tui, & fructus terræ  
tuæ, armenta boum tuorum, & greges  
ovium tuarum: maledictus eris ingre-  
diens; maledictus eris egrediens: Mittet  
Dominus super te famem, & cesuram, & in-  
crepationem in omnia opera tua, quæ tu  
facies, donec conterat te, & perdat velociter,  
propter adiunctiones tuas pessimas,  
in quibus reliquisti me, Deuter. cap. 28.  
& 32. Levit. c. 26. ver. quod si non audie-  
ritis, serm. Thren, cap. 2. & dicto cap. re-  
vertimini, 16. quæst. ubi Ioh. de Turre-  
cram. num. 22.

12 Hodie verò, † quia hominum malitia valde crevit, & crescit in dies super terram, præter tuper expresas maledictiones, fruges, quas non absunt locustæ, bruchi, & alia Dei vindicis animalia, ac siccitatis immoderatae pluviae, & urentes venti non destruunt ( quæ tamen etiam nunc plerumque experimur) adurit pruina, evertit grando, & contuadit, ac repentina rubigo disperdit. Non hic commemoro quæ adunca latronum manus abipiatur, quæ in-  
opina incendi flamma devoret, inmunda-  
tio aquarum absorbeat, & cœlestia flumi-  
num tela comminuant. Ad hæc, si quæ supersunt, executores, & exactores, quos vulgus commissarios appellat, in explora-  
toraginis homines, exhausti; populus autem, quem pacis optata tempore hostis gladius non devorat, interdum peste, aliisque morbis infestatur, & incommodis, quæ à Deo mittuntur, cùm omnia per ip-  
sum facta sint, & sine ipso factum sit nihil. 10. cap. 1.

13 Primus omnium parens peccavit, inno-  
cens terra maledicitur: Eam enim Deus, nisi assiduo hominis labore excolatur, spinas, & tribulos germinare jussit, non ideo

novum;

L III